Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses argumenti obstetricii inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/288756

THESES
ARGUMENTI OBSTETRICII INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

IACOBI ANTONII FRUIN,

Iur. Rom. et Hod. Doct. et Prof. Ord.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

ARTE OBSTETRICIA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAIECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS

DEFENDET

GUILIELMUS FREDERICUS VOS,

E PAGO BREUKELEN,

MEDICINAE DOCTOR,

AD DIEM XXIX APRILIS HORA SEPTIMA DIMIDIATA.

Traiecti ad Rhenum,

APUD S. J. DE GRAAFF.

MDCCCLXV,

ACADEMIA RHENO TRAIECTINA.

THESES.

I.

Liquor amnii nihil valet in foetu alendo; valet tantum in ejus vita retinenda.

II.

Carunculae, quae myrtiformes dicuntur, non sunt habendae pro reliquiis hymenis.

III.

In partu motus musculorum abdominis et diaphragmatis voluntati partim respondent, partim non respondent.

IV.

Contractiones uteri non tantum e nervo sympathico pendent, sed etiam e nervorum systemate, quod cerebrospinale dicitur.

V.

Causa, cur foemina humana in partu magis doleat quam bestia, posita est in diversa pelvis forma.

VI.

Auscultatione non semper de foetus positione certi quid statui potest.

VII.

In partu normali reprobandus est usus chloroformyli.

VIII.

In initio partus magis patientia quam auxilio opus est. — Recte Lachapelle: »Le temps et la patience sont plus efficaces et moins dangereux."

IX.

Nihil certius graviditatem indicat, quam si foetus partes quasdam manu discernimus.

X.

Ad eutokiam requiritur, ut axis foetus respondeat axi tum pelvis, tum uteri.

XI.

Uraemiae gravidarum symptoma vulgare atque manifestissimum est eclampsia.

XII.

Distinctio inter atoniam uteri relativam atque absolutam in praxi mihi nullius momenti esse videtur.

XIII.

In haemorrhagia ab atonia uteri repetenda manus optimum est ad contractiones excitandas praesidium.

XIV.

In prolapsu funiculi mors foetus non tantum venarum umbilicalium, sed etiam arteriae umbilicalis compressioni tribuenda est.

XV.

Si manu admota prolapsum funiculum reponere nequis, nullo modo melius parturienti subvenitur quam terminando partum.

XVI.

In uteri tetano nihil praestat narcosi chloroformylo inductae.

19/5573

XVII.

Placenta adhaerente, methodus activa passivae anteponenda est.

XVIII.

Foeminae syphilide affectae non liceat infanti mammam praebere.

XIX.

Febris lacteae nomen longo licet usu receptum improbandum est.

XX.

Infantibus recens natis neque purgantia conveniunt, neque folliculi dulciferi, quos exsugant.